



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 24. Francisci Mariæ Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

XVIII.  
nacum  
more  
tim  
a pran-  
bare;  
enique  
onter-  
bebat  
equen-  
& fe-  
rri, a-  
i jube-  
Patris  
contu-  
1 cum  
sbyter  
rba fa-  
preb-  
Picena,  
nanum,  
is om-  
Mari  
i levia  
ottan-  
dorem  
pferat  
s An-  
n Ve-  
netam  
resby-  
eriana  
: Vin.

netam pro Pontificis interdicto, ubi se- Sæc. XVII.  
vere admodum in Episcopos Ecclesiæ A. C. 1608.  
minus morigeros perorabat: ornatisli-  
ma quoque oratione Philippo II. Hispa-  
niarum Regi, necnon alia Annæ Au-  
striae Hispaniarum Reginæ parenta-  
bat: exstant insuper plurimæ illius  
orationes eleganti stylo elaboratæ, prä-  
ter varias epistolas ad diversos valde  
tersas, & carmen quoddam de fructu  
Sublacensis solitudinis, cuius olim  
Abbas erat.

## §. XXIV.

*Francisci Mariae Taurusii Cardinalis  
extrema.*

Tertius ex Purpuratis, qui hoc anno *Ciacon. vit.*  
naturæ debitum solverunt, erat *Clem. VIII.*  
Franciscus Maria Taurusius patria Po- *Bentivol.*  
litianus Julii III. Nepos, qui a Sancto  
Philippo Neri ad Congregationis Ora-  
torii institutum traductus Magistri sui  
virtutes pia æmulatione & tam ubere  
profectu assequi videbatur, ut Leo XI.  
eo neminem tunc temporis existere di-  
ceret, cui Deus plura & illustriora credi-  
disset talenta, Baronius vero Verbi Divini  
Ducem, lumen Apostolicum & anti-  
quæ probitatis Virum nominaret, ac  
ipsimethæretici, per quorum loca Ave-  
nionensem Diæcesin iustraturus trans-  
*Hist. Eccles. Tom. LIV.* Y ibat,

Sæc. XVII. ibat, illum tanquam Virum sanctum  
A. C. 1608 mire venerarentur; eidem quippe pre-  
catio ac contemplatio erat assidua, pa-  
rennis lacrimarum ubertas, de Deo  
rebusque Divinis frequens ac dulcis ser-  
mocinatio: Numinis amor tam ardens  
ut ipsem et crassitatem sui corporis et  
Christi amorem pene exaruisse, animi  
que sui pacem, quam initio suæ con-  
versionis a Deo accepisset, quinquaginta  
annorum spatio nulla re perturbatam  
testaretur: Hic idem, invitus licet, ad  
Sacerdotalem dignitatem electus post  
ea a Pio V. in Gallias, Hispaniam &  
Lusitaniam Legationis suscepit comes  
nominatur, inde vero redux Tauri-  
sius ad Oratorium ibi erigendum mil-  
sus ibidem per sex annos proximorum  
saluti infudabat, postea peculiari Spi-  
ritus Sancti afflatus a Clemente VIII.  
secretis primum Congregationis Episco-  
porum, dein Avenionensis Episcopus  
ac demum inter uberrimas lacrimas Car-  
dinalis Presbyter Sancti Bartholomai  
in Insula nominatur. Praeficiebatur e-  
tiam Cardinalium Congregationi de Re-  
formatione, ac conciliata pace inter  
Mantuæ & Parmæ Duces anno post  
Christum natum millesimo quingente-  
mo nonagesimo septimo die decima quin-  
ta Septembris ad Senensem Ecclesiam  
regendam transferebatur: postea vero  
abso-

absolutis Pauli V. comitiis, cum pur- Sæc. XVII.  
param exuere non permitteretur, sal- A.C. 1608.  
tem recessum ad Patres Oratorii im-  
petrabat, ubi aliquot annis in summa  
pietate exactis Romæ undecima die Ju-  
nii annos natus ferme octoginta tres  
non sine insignium virtutum & signorum  
fama Spiritum Deo reddidit, in Tem-  
plo Sanctæ Mariæ in Vallicella eodem  
tumulo, quo Baronius Cardinalis, re-  
conditus: Erat Regularis observantiæ  
cultor ac promotor eximus, immuni-  
tatis Ecclesiasticæ vindex oppido stren-  
uus, Franciæ Episcoporum oraculum,  
ac hæreticorum, quos magno numero  
ad Catholicam fidem reduxerat, Pa-  
rens amantissimus. Eximia vero illius  
charitas maxime tum emicuit, cum Je-  
sus ex Galliis pulsos exceptit, & de-  
ficientibus annuis redditibus, vasa ar-  
gentea & cubiculorum ornamenta, quæ  
pro vere pauperum sublevamine reser-  
vata erant, vendidit.

### §. XXV.

#### *Hieronymi de Xavierre Cardinalis decessus.*

Non minus celebrem eruditio- Ciacon. in  
niæ famam post se reliquerat vita Paul. P.  
Hieronymus Xavierre ex nobilissima Michael de  
fürpe Cæsaraugustæ in Arragonia of- Vir. Illust.  
Ord. Fræd.

Y 2

tus,